

Simul oblitum venit in orbem

Nigro surgens Lazarus antro :

785 Cum Sadoci domus errores

Malefana suos certo vidit

Teste refelli.

Pauci raro munere cæli

201 Potuere aliis reddere vitam,

790 Se nemo sibi.

ACTVS QVARTVS.

NVNTIVS PRIOR. CHORVS JVDÆA-
RVM MVLIERV M. NVNTIVS
ALTER.

TAndem execranda, barbarâ, infanda, impia

Facinora fugi, nec satis fugi tamen :

Quodcunque vidi, sequitur, & totum scelus

Oculis oberrat. CHOR. Testis an certus venis

795 Supplicia vatis dira Galilæi ferens?

NVNTIVS PRIOR.

081 Si qua est sub oras relegata ultimas,

Quæ cœlum & astra mariaque & terras Dei

Ignara